



Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium
Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias
Vincentii Caraffa, Societatis Iesu Praepositi Generali,
Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Argvmenta. Materiarum, quæ in sex liberis præsentis operis pertractantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)



ARGUMENTA

Materiarum, quæ in sex liberis praesentis operis pertractantur.

In I. libro.

Probatut ex Scripturis, Authoritatibus SS. Patrum, Rationibus, & Exemplis, bona opera non esse differenda ad vitæ finem usque; simulque ostenditur grauissimum periculum finalis impenitentiae, quod ii incurunt, qui penitentiam ad morte usq; prolongare præsumunt.

In II. libro.

Demonstratur, quām ingens malum sit Peccatum mortale, & quām turpes & abominandos generet effectus in anima. Et, vt maius de dicto peccato concipiatur, ac imprimatur odium, describuntur pessimæ illius proprietates. Insuper docetur, quantâ curâ euitanda etiam sint peccata venialia.

In III. libro.

Ostenditur, in quo consistat operatio boni: quā ratione nobis imaginari, & apprehendere debeamus, negotium salutis nostræ esse grauissimum: vt propterea tantum requirat timorem, quantam postulat diligentiam. Prosequitur deinde & probat Author, quod Diuinâ Gratia bennè vti debeamus, ac quanti facienda sit vita virtuosa, & plura alia ad salutem animæ spectantia.

In IV.

• 06 (0) •

In IV. libro.

Declaratur, Mortem non esse timori subiiciendam. Adducuntur nonnulli fructus ex ea prouenientes. Quam ad benè beatèque viuendum, mortemque respuendam necessaria sit continua memoria mortis & Iudicij particularis: cuius horror occasione Iudicis, & temporis, quo in dicabit, describitur.

In V. libro.

Exponitur, quam tremens erit dies Iudicij vniuersalis, attentâ commotione, quæ primò continget in elementis, in hominibus & Angelis; & crudelissimâ Anti-Christi persecutione, sicut & lugubri tubæ sono, quo totum genus humaanum ad præfatum Iudicium conuocabitur.

In VI. libro

Ostenditur tremens dies vniuersalis Iudicij propter qualitatem Iudicis: videlicet, propter eius Majestatem, & magnificum comitatum; propter locum & tempus, quo judicabit: propter sententiam, quam in damnatos fulminabit, adiudicaturus eosdem poenis Inferni: cuius horror & tormentum pariter describuntur.

• 07 (0) •

A 4

AD

GYSTI
DEREI
200 II
O VI